



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectvra Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniæ Agrippinæ, 1653**

Præfatiuncula.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](#)

fortes sunt in fide, quam aliqui ore jactant, utinam non  
 vanè & medaciter: firmiter eandem animo conceptam  
 retinent plurimi, vellentensem potius & ignes sustine-  
 te, & in minutal concidi, quam fidem deserere, aut ei  
 contrarium quidpiam, per infidelitatem committere.  
 Sed fidei consentaneos mores non induunt, non viuūt,  
 ut fides præscribit, manus ad operandum non exten-  
 dunt. Sunt superbi, avari, leves, iracundi: inebriantur,  
 lasciviant, blasphemant, peierant: Deum ore, & corde  
 confitentur, factis negant. Hi fortes, constantesq; sunt  
 in fide, non in bonis operibus: non est in iis tam alta,  
 quam deberet esse Columna Fortitudinis & Constan-  
 tiae: nam non attingit in cubitos xviii. quem numerum  
 designare mysterium, quod exposuimus, superius est de-  
 monstratum.

## SERMO IV.

### COMPARATIO

*Columnarum Domus Sapientiae cum celeberrimis  
 totius Orbis terrarum Columnis.*

### PRÆFATIO.

ILLUSTRABITUR magis tota Columnarū istarum in Domus  
 Sapientiae fabrica, & usus, si cum variis, que celebrari solent ab  
 Architecturæ, & antiquitatis peritis, diversorum artificum Co-  
 lumnis eas comparaverimus. quod nunc facere aggredimur.